



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

5. De infinita charitate Dei erga homines maximè electos,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

De infinita charitate erga homines,  
maxime Electos.

1. **E**xpende eodem modo magnitudinem charitatis Dei , 1. Quām latè se extendat, ad omnes omnino homines , quos omnes vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire : & ad omnia bona naturæ, gratiæ & gloriæ, quæ ex amore ijsdem contulit, cōfert, conferetque æternum. 2. Quām longa sit, ab æterno in æternum perdurans. Nam ex quo est Deus, amat, quos creare, saluare, gratiâ, & gloriâ coronare constituit, quantum inseperat, p̄cipue Electos: iuxta illud:

*In charitate perpetua dilexi te. 3. Quām Ier. 33.*

sublimis infiniteque perfecta sit , cui nulla creata charitas queat comparari, ob dona sublimissima & inestimabilia natu: & gratiæ gloriæ, per quam hominibus collata , & conferenda. 4. Quām profunda & inuestigabilis sit, tum quia Deus ipse est charitas , tum quia ex gratuito beneplacito suo tam miris occultisque modis, quos elegit ad optatum finem perducit.

O quantò latior, longior, sublimior & incomprehensibilior hęc charitas

ritas Dei omni c<sup>r</sup>eata & possibili crea-  
ri caritate! quali ergo reciprocæ dile-  
ctionis affectu merito compensanda!  
His expensis exercendi affectus amo-  
ris latissimè, sublimissimè, constantissi-  
mè, insatiabilissimè, in præsentim o-  
re consueto.

**I.** Expende quomodo Deus hanc  
charitatē suam nobis ostenderit in  
tempore, in omnibus operibus suis,  
naturæ & gratiæ, maximè in opere re-  
demptionis, luculentissimo infiniti a-  
moris sui erga nos monumento. 1. Pa-  
ter mittendo Filium, & adoptando  
nos in filios & heredes regni per eius  
Incarnationem. 2. Verbum Incarna-  
tum, seipsum pro nobis tradendo, in-  
timeque vniendo, non modò per gra-  
tiā iustificantem, sed etiam realiter  
per presentiam sacramentalem. 3. Spi-  
ritus sanctus insuper, seipsum, seu fōn-  
tem, omnis amoris & gratiæ, nobis  
communicando. Quām incompre-  
hensibilis in his omnibus elucet dile-  
ctionis excessus! quo excessu amoris  
iure esset recompensandus? Affectus  
ijdem exercendi quoad præteritum,  
seu dolor excitandus de nostra in red-  
amando frigiditate.

**III.** Quomodo demum eandem cha-  
rita-

titatem suam, multò feliciori modo, exhibiturus sit in æternitate Electis, ineffabiles gloriæ & beatitudinis suæ thesauros, quoad animam & corpus, cum ipsis liberalissimè communicando, seipsum ihs per visionem, amorem & fruitionem beatificam in omnem æternitatem beatissimè possidendum tradendo, familiarissimeque cum ihs-dem veluti amicis intimis filijsque dilectissimis, agendo.

O quales deliciæ erunt, sic ab eo æternum amari in patria, quarum vel modica & momentanea delibatio sic reficit in via! Affectus ijdem amoris in futurum exercendi cum propositis practicis.

## De Misericordia Dei.

## VI.

I. Expende 1. quam latè se diffundat misericordia Dei, ad omnes omnium creaturarum miserias, maximè hominum, etiam ingratisimorum peccatorum, tam corporales, quam spiritales, tam temporales, quam æternas subleuandas. *Misericordia Domini Psal. 118.*  
*plena est terra. Misereris, Domina, omni-* Sap. 11:  
*um, quia omnia potes. 2. Quam longa*  
*sit, perdurans in omnes æternita-*  
*tes: Misericordia Domini ab aeterno in Psal. 102.*

aet-